



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De discipulis Christi. Ca. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. I.

Fuit autem ijsdem temporibus Iesus vir sapiens, si tamen eum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, doctorque hominum eorum qui libenter quae vera sunt, audiunt. Et multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum gentis nostrae virorum cum Pilatus agendum in crucem decreuisset, non deseruerunt qui ab initio eum dilexerant. Apparuit enim tertia die viuuus secundum quod diuinitus inspirati Prophetae, vel haec vel alia inuicem miracula esse praedixerant, sed & in hodiernum diem Christianorum nomen perseuerat & genus.

DE DISCIPVLIS.

Caput XLLL.

Apostolorum nomina ex euangelijs manifesta sunt. lxx. vero nusquam scripta esse reperimus. Dicitur tamen ex ipfis unus fuisse Barnabas. Clemens vero in quarto Dispositionum libro Cephæ mentionem facit, de quo Paulus dicit: Cum autem venisset Cephas Antiochiam, ei restiti in faciem. Et dicit unum esse ex lxx. cognomine Petri apostoli. Sed & Matthiam unum ex his fuisse dicit, & qui cum ipso statutus est ad sortem: de his etiam fuisse Tattheum. sed alios fuisse quatuor plures discipulos inuenies, si obserues ea quae Paulus indicat, dicens: Post resurrectionem quidem dominum apparuisse Cephae, postea alijs undecim, & post hos amplius quam quingentis fratribus simul.

A v

HAYMO DE CHRISTIA.

H A Y M O.

CVm his itaq; conuersatur dominus per omne tempus assumptæ mortalitatis, & instituit in fide, & instruit scientia, donec peracto suscepit dispensationis officio, patitur & resurgit, & ascendit in cælum secundum euangeliorum fidem.

SOD[•] HAYMONIS[•] EPISCOPI HALBERSTAT.

liber II. de electione Matthæi apostoli, & ordinatione septem diaconorum.

Caput .I.



Estat ut de his quæ post ascensionē domini proxime cōsecuta sunt, dicamus. Mittūt apostoli sortem, & pro Iuda traditore eligūt Matthiam. Ordinat etiam septem diaconos, ministerij viduarū gratia, è quibus unus statim post ordinationē suam lapidatur. Propter quod & nomine suo coronatur à domino. *σιφανος* enim interpretatur corona.

DE IACOBO PRIMO HIEROSOLYMITANO episcopo.

Caput .II.

TVnc deinde Jacobus frater domini primus Hierosolymitanæ ecclesiæ suscepit sedē, cum esset virtutum merito, & vitæ insignis priuilegio.